

Salis nostri maritimi commercium redintegrari incipiat; Necdum tamen praenotati Salis Turcici usus ex integro et ubique in Croatiae et Sclavoniae Regnis nostris sublatus esset, ac Seriae eatenus Inhibitiones nostrae cum Vili-pendio benignorum Mandatorum ac damno et praepjudicio aerarij nostri non observarentur.

Quapropter Fidelitatibus Vestris harum serie iterato et firmiter praecipientes committimus et mandamus, quatenus ad mentem praecitati prioris benigni Mandati nostri praementionatam Salis Turcici palam vel occulte attentandam inductionem, quaestum, Ejusque usum, denuo et absolute inhibere, adeoque penitus eliminare, maritimi vero legalem usum continuare velint debeantque Eaedem Fidelitates Vestrae. Gratia in reliquo nostra Caesareo-Regia iisdem benigne propensi manemus. Datum in Ciuitate nostra Vienna Austriae, die Vigesima Secunda Mensis Junij, Anno Millesimo septingentesimo decimo quarto.

Carolus m. p.

Ladislaus Adamus Comes Erdödy m. p.

Episcopus Nitriensis.

Ladislaus Hunyady m. p.

*A tergo:*

Reuerendis, Honorabilibus, Spectabilibus ac Magnificis, Magnificis item Egregiis et Nobilibus, nec non Prudentibus ac Circumspectis N. N. Regnorum Nostrorum Dalmatiae, Croatiae & Sclauoniae Vniuersis Statibus et Ordinibus &c. Fidelibus Nobis dilectis.

Varasdinum.

(L. S.)

Orig. in Archivo Regni Croatiae. Acta Regni Congr. A. 1714. N. 9.